



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||**

**Ignacio <de Loyola>**

**Mogvntiae, 1600**

**VD16 I 56**

Tertia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45165**

admittam iucundas cogitationes, licet alioqui utiles & sanctas, ut sunt de resurrectione C H R I S T I, & gloria. Pro quibus in meditanda eius passione, angores ac pœnas hauriam, ex frequenti eorum recordatione, quæ ab hora suæ nativitatis, ad exitum usque vitæ huius, ipse perpessus est.

**Q**uartum: quod examen particolare, circa tam exercitiorum, quam additionum functionem, fiet ad eundem modum, ut in hebdomada precedente.

**I**n secunda autem die, contemplatio alia succederet, noctu transigenda, de gestis in domo Annæ, ut narratur, pag. 171. Sub auroram vero de secutis rebus in domo Caiphæ, pag. 127. Deinde repetitiones & usus sensuum, velut prius.

**I**n tertia die: contemplabimur per noctem medium, quomodo ductus

est ad Pilatum CHRISTVS, & quid ibi  
actum, ut dicetur pag. 173. Diluculo  
vero, de iis quæ gesta sunt, transmisso  
CHRISTO ad Herodem. pag. 174.  
Subdetur repetitionum, & sensuum  
consuetus usus.

**D**ie quarta : meditatio nocturna  
percurret historiam de reditu ab  
Herode, pag. eadem, usq; ad medium  
partem mysteriorum, quæ apud Pi-  
latum secuta sunt: reliquam vero  
partem circa lucem primam profe-  
quemur. de repetitionibus quoque,  
& sensibus, pro consuetudine erit a-  
gendum.

**D**ie quinta, sub noctis medium; de  
progressu ipso passionis cōtem-  
plabimur, à sententia Pilati usque  
ad crucifixionem, pag. 175. Sub auro-  
ram deinceps, ab eleuatione crucis,  
ad Christi usque expirationem; de  
quibus, pa. 176. Repetitiones, & sen-  
suum exercitatio, ut supra.

Die